

Per. Jul. * Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp. cond.	Urbis cond.	Æra Nab.				
5146 22. 16. 1 A	4416	433	150	26 9	Olymp. 303	186	1181				
<p>& Pelagius uxori mandasse, ut ne alteri, quam Aetio nuberet. Addit Idatius Sebastianum generum illi substitutum per Aetium de palatio pulsum fuisse.</p> <p><i>Theodosius xiv.</i> <i>Sixti</i> <i>Maximus.</i> 2.</p> <p>Maxima urbis regis pars Septentrionalis per tres dies continuos incensa, collapsaque post mense Augusto. Prosper & Marcell. Socrates lib. vii, cap. xxxviii. Chron. Alex. ait mense Loo A. D. xii. Kal. Sept. contigisse, & domus vesperis coepisse, & horrea concremasse. Multi sancti contra Cyrillum moventur, quod cum Orientalibus confensisset, & duas naturas admisisset. Liberatus cap. vii.</p> <p>Sixtus monitu S. Apollinaris, cum Ravennates decretum electionis Ravennatis Episcopi Romam attulissent, Petrum diaconum Forocornelianensem eligit, cognomento Chryzologum. Rubens in Hist. Ravenn.</p> <p>S. Prosper contra Collatorem scripsit.</p> <p>Sixtus Papa a Basilio Exconsule & Mariniano accusatus Valentiniano presente, his Coss. in plena Synodo absolvitur: ac Basilius proscribitur. Exstant Acta Conc. Rom.</p> <p>Censorio Comite regresso, Hermericus Suevorum rex cum Gallacis pacem instantat. Idat.</p>				27 10	11	1187	1181				
5147 23. 17. 2 G	4417	434	151	<p><i>Ariobindus.</i> <i>Sixti</i> <i>Aspar.</i> 3.</p> <p>Honorio Valentiniani Imper. foror ab Eugenio procuratore suo stuprata, palatioque pulsa, & Theodosio transmissa, Attilam contra Occidentalem temp. concitavit.</p> <p>Maximiano Episcopo Constantinop. mortuo subrogatur Proclus. Socrates lib. vii, cap. xxxix.</p> <p>Melania junior a Volusiano patruo Constantinopolin accita ipsum convertit ad fidem. Sur. Jan. 31.</p> <p>Vincentius Lirinensis hoc anno scripsit libellum suum triennio post Ephesinam Synodum.</p>				28 11	111	1188	1182
5148 24. 18. 3 F	4418	435	152	<p><i>Theodosius xv.</i> <i>Sixti</i> <i>Valentinianus iv.</i> 4.</p> <p>Pax facta cum Wandalis, data eis ad habitandum per triennium in loco Africae portione Hippone, 111. Idus Februarii. Eodem tempore Guadicarium Burgundionum regem intra Gallias habitantem Aetius bello obtinuit, pacemque ei supplicanti dedit, qua non diu potius est. siquidem illum Hunni cum populo suo, atque stirpe deleverunt. Prosper.</p> <p>Forum Theodosii in loco, qui Helianæ dicitur, ædificatum est. Sebastianus Bonifacii quondam patricii gener urbe Augusta fugit, atque in Africa interemptus est. Marcellinus.</p> <p>Paulus Diac. L. xiv. scribit per Trigetium datam Vandalis Africae partem.</p> <p>Baronius hoc anno refert S. Germani gesta in causa Gallorum Aremoricorum: quibus insensus Aetius, quod defecissent, Alemannis illos ulciscendos dederat.</p> <p>Codex Theodof. hoc anno promulgatur xv. Kalend. Mart. Libri Nestorii à Theodosio interdicti, & incendio damnati. L. ult. Cod. Theod. de Hæreticis. Nestoriani Diodori Tarfensis, & Theodori Mopuesteni, qui duas naturas confitebantur, volumina publicant, ut Nestorium non nova docuisse monstrarent; eaque in Syrorum & Armeniorum linguam transfulerant. Acacius verò Melitenensis, & Rabula Edesse Episcopi Armeniæ Episcopi scripserunt, ne Theodori libros admitterent. At Episcopi Armeni legatos Leontium, & Aberium ad Proclum Constant. miserunt. cum uno volumine Mopuesteni. Proclus ad eos rescripsit; ac tunc posuit, unum de Trinitate incarnatum, ad Nestorianorum versutias evitandas. quem librum Joanni Antiocheno per Theodorum diaconum direxit. Joannes cum suis probavit. At Basilius quidam diaconus Cyrillo Tomum Procli, & Armeniorum libellos obtulit. Cyrillus iv. libros fertur scripsisse, tres contra Diodorum, & Theodorum, quasi Nestorianos, & 1. de Incarnatione, in quibus Felices Papa, & Dionysii Arcopagite Corinthiorum Episcopi testimonii utitur. In his Theodori dicta laudantur. At Catholici Acephalis responderunt, non illos esse Cyrilli. Basilius librum edidit, quo Theodori & Diodori blasphemias vitandas docuit. Post hæc Armenii Monachi Constantinop. veniunt, & ubique ambos illos damnandos esse suaserunt. Joannes Antiochenus, Synodo congregata, tres pro Theodoro dictavit epistolas: 1. Theodosio; 2. Cyrillo; 3. Proclo. Imperator Joanni sacram direxit,</p>				29 12	117	1189	1184 Maii 6.
5149 25. 19. 4 ED	4419	436	153	<p><i>Isidorus.</i> <i>Sixti</i> <i>Senator.</i> 5.</p> <p>Gotthi pacis placita perturbant, & pleraque municipia sedibus vicina suis occupant, Narbonensi oppido maximè infesti. quod cum diu obsidione & fame laboraret, per Litorium comitem ab utroque periculo liberatus est. Prosper. Theodorius enim rex Narbonam cædit. Idatius ab Aetio liberatam scribit: & ab eodem cæsa Burgundionum xx. M.</p> <p>Nestorius edicto Theodosii in Oasim deportatur. Acta Eph. Syn. Evagrius.</p> <p>Joanne Antiocheno, cum sedisset annos xiiii. mortuo, creatus est Dominus Euthymii olim alumnus, & defertor. Cyrillus in Euthymio.</p> <p>Aetius dux utriusque militiae Patricius appellatur. Hic Dorostoro in Mæsia oriundus, patre Gaudentio, strenuus, ac fortis Romanum imperium acerrimè propugnavit. Jornandes.</p>				30 13	Olymp. 304	1190	1185
5150 26. 1. 5 C	4420	437	154	<p><i>Aetius ii.</i> <i>Sixti</i> <i>Stigisindus.</i> 6.</p> <p>Valentinianus ut Endoxiam Theodosii filiam duceret, quam dudum desponsaverat, Constantinopolim venit, eaque sibi nupta apud Thessalonicam Italiam repetens hiemavit. Marcell. Prosper.</p> <p>Chron. Alexandr. Valentinianum ait mense Octobri, xi. Kal. Novemb. Constantinopolim venisse, ac nuptias celebrasse iv. Kal. Novembris. At Socrates id factum ait anno superiore L. vii. cap. xlii. & urbem Thessalonicam ad nuptias delectam.</p> <p>Bellum adversus Gotthos Hunnis auxiliariis geritur. Geisericus rex Vandalorum volens Catholicam fidem subvertere, quosdam Episcopos civitatibus expulit. Eodem anno piraticam barbarorum federatorum desertores exercuerunt.</p> <p>Per idem tempus iv. Hispani, Arcadius, Probus, Paschasius, & Eutyechius Geisericis gratissimi, cum ad ejurandam fidem adigi non possent, interempti sunt. Puer autem Paulillus Paschasii, & Eutyechii frater, diu fustibus cæsus, ad extremum servitute damnatur. Prosper.</p> <p>Primus Cyrilli cyclus hoc anno cepit, qui annorum xcv. fuit. Desiit autem anno Christi dxxxii. ut suo loco dicitur. Vide lib. ii. cap. lxxviii.</p>				31 14	11	1191	1186
5151 27. 2. 6 D	4421	438	155	<p><i>Theodosius xvi.</i> <i>Sixti</i> <i>Faustus.</i> 7.</p> <p>Idem piratæ multas insulas; sed præcipuè Siciliam vastavere. Adversus Gotthos in Gallia quadam prosperè gesta. Prosper. Idatius ait cæsa Gotthorum octo milia Aetio duce. Item Hermericum Suevorum regem morbo oppressum Rechilam filium suum substituisse in regnum, qui Andevotum ad Singilionem Bæticae fluvium aperto Marte prostravit. Isidorus Udenotum appellat Romanæ militiæ ducem.</p> <p>Marcell. Cotradis prædo cum piratis suisque comitibus captus, interfectusque est.</p> <p>S. Joannis Chryzostomi reliquiæ Constantinopolim alatae die 28. Januarii, ibi sepultæ. Valentinianus cum uxore Eudoxia Ravennam ingressus est. Socrates lib. vii. cap. xlii. ait S. Chryzostomi corpus relatum anno xxxv. postquam depositus est, Consulatu xvi. Theodosii, vi. Kal. Febr.</p> <p>Cosmas Vestiaris id à Proclo impetratum scribit: cum is Catholicos, qui ob Chryzostomum separatim conventus agerent, adunasset.</p> <p>Cum autem Joannis corpus Comanis moveri non posset, Theodosius litteras ad eum scripsit.</p> <p>Ignatii quoque reliquiæ in Fortunæ templum translatae. Evagr. L. i. c. xvi.</p> <p>Inventa sunt corpora SS. xl. martyrum. Sozom. L. ix. cap. ii.</p> <p>Eudocia conjux Theodosii voti solvendi causâ Hierosolimam missa ab Theodosio: quod votum Melaniæ cohortatione suscepit. Illa Hierosolymitanos alloquens, & ad Græcas in Palestinam inductas colonias alludens, in concione dixit,</p> <p>Τὴν ἐξ ἡμῶν πρὸς τὴν ἀμαρτίαν ἔχουσαν ἔσται. Quod in Annalibus ad illam Lacedæmoniorum & Paris II. L 11 2 Hiero.</p>							

Per. Jul. * Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp. cond.	Urbis cond.	Æra Nab.				
5149 25. 19. 4 ED	4419	436	153	<p>direxit, & Theodorum approbavit. Idem fecit & Cyrilus. At Proclo interroganti cujus essent capitula, quæ Theodoro tribuerentur, Joannes se nescire respondit. Hæc totidem ferè verbis Liberatus cap. x. quæ ad trium Capitulorum notitiam necessaria sunt.</p>				31 14	11	1191	1186
5150 26. 1. 5 C	4420	437	154	<p><i>Isidorus.</i> <i>Sixti</i> <i>Senator.</i> 5.</p> <p>Gotthi pacis placita perturbant, & pleraque municipia sedibus vicina suis occupant, Narbonensi oppido maximè infesti. quod cum diu obsidione & fame laboraret, per Litorium comitem ab utroque periculo liberatus est. Prosper. Theodorius enim rex Narbonam cædit. Idatius ab Aetio liberatam scribit: & ab eodem cæsa Burgundionum xx. M.</p> <p>Nestorius edicto Theodosii in Oasim deportatur. Acta Eph. Syn. Evagrius.</p> <p>Joanne Antiocheno, cum sedisset annos xiiii. mortuo, creatus est Dominus Euthymii olim alumnus, & defertor. Cyrillus in Euthymio.</p> <p>Aetius dux utriusque militiae Patricius appellatur. Hic Dorostoro in Mæsia oriundus, patre Gaudentio, strenuus, ac fortis Romanum imperium acerrimè propugnavit. Jornandes.</p>							
5151 27. 2. 6 D	4421	438	155	<p><i>Theodosius xvi.</i> <i>Sixti</i> <i>Faustus.</i> 7.</p> <p>Idem piratæ multas insulas; sed præcipuè Siciliam vastavere. Adversus Gotthos in Gallia quadam prosperè gesta. Prosper. Idatius ait cæsa Gotthorum octo milia Aetio duce. Item Hermericum Suevorum regem morbo oppressum Rechilam filium suum substituisse in regnum, qui Andevotum ad Singilionem Bæticae fluvium aperto Marte prostravit. Isidorus Udenotum appellat Romanæ militiæ ducem.</p> <p>Marcell. Cotradis prædo cum piratis suisque comitibus captus, interfectusque est.</p> <p>S. Joannis Chryzostomi reliquiæ Constantinopolim alatae die 28. Januarii, ibi sepultæ. Valentinianus cum uxore Eudoxia Ravennam ingressus est. Socrates lib. vii. cap. xlii. ait S. Chryzostomi corpus relatum anno xxxv. postquam depositus est, Consulatu xvi. Theodosii, vi. Kal. Febr.</p> <p>Cosmas Vestiaris id à Proclo impetratum scribit: cum is Catholicos, qui ob Chryzostomum separatim conventus agerent, adunasset.</p> <p>Cum autem Joannis corpus Comanis moveri non posset, Theodosius litteras ad eum scripsit.</p> <p>Ignatii quoque reliquiæ in Fortunæ templum translatae. Evagr. L. i. c. xvi.</p> <p>Inventa sunt corpora SS. xl. martyrum. Sozom. L. ix. cap. ii.</p> <p>Eudocia conjux Theodosii voti solvendi causâ Hierosolimam missa ab Theodosio: quod votum Melaniæ cohortatione suscepit. Illa Hierosolymitanos alloquens, & ad Græcas in Palestinam inductas colonias alludens, in concione dixit,</p> <p>Τὴν ἐξ ἡμῶν πρὸς τὴν ἀμαρτίαν ἔχουσαν ἔσται. Quod in Annalibus ad illam Lacedæmoniorum & Paris II. L 11 2 Hiero.</p>							

DE DOCTRINA TEMPORUM,

Per. Jul. * Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Era Dioc.
5152 28. 3. 7 A	4422	439	156
5153 1. 4. 8 GF	4423	440	157

Hierosolymitanorum cognationem, de qua Mac. 11, refertur: & Evagrius reprehenditur. Frustra. Neque enim Lacedamone orta erat Eudoxia. Ibi porro annum morata est Eudoxia, & templum S. Stephani condidit. Evagr. 1, cap. xx. Socrat. viii, cap. xlvii.

Theodosius xvii. *Sixti 8.*

Theodosius Imperator octava quinquennalia edidit. Eudocia ab Hierosolymis urbem regiam remeavit: beatissimi Stephani reliquias, quæ in basilica S. Laurentii positæ venerantur, secum deferens. Hoc tempore Gefericus Africæ civitates, Carthaginæque metropolim occupavit x. Kalend. Novembris. Marcell. Chron. Alexandr.

Eudocia Hierosolymis duas catenas S. Petri, quarum alteram Romam misit ad filiam Eudoxiam; alteram Constantinopoli servari voluit in Ecclesia S. Petri. Nam Eudoxia basilicam in memoriam S. Petri Romæ condidit, titulo Eudoxiæ, quæ S. Petri ad vincula dicitur. Vide Sur. Aug. 1.

Prosper: Littorius, qui secundæ ab Aëtio Patricio potestati Hunnis auxiliantibus præerat, dum Aëtii gloriam superare appetit, dumque haruspicum responsis, & dæmonum significationibus fidit, pugnam cum Gothis imprudenter conferuit. Sed magna clade illata, captus est ipse. Julianus Athelensis Pelagianus Episcopatu dejectus irreperere conatus in communionem, Leonis Diaconi hortatu à Sixto repulsus est. Vitricus Reip. fidus clarus habetur in bello. Pax cum Gothis facta, cum eam post ancipitis pugna lacrymabile experimentum humilium quam unquam antè poposcissent. Gefericus, de cuius amicitia nihil metuebatur, xiv. Kalend. Novemb. Carthaginem dolo pacis invadit, omnisque opes ejus, excruciatas diverso tormentorum genere civibus, in jus suum vertit. Sævit in Sacerdotes maxime, & Ecclesias in profana vertit habitacula. Carthago à Vandalis capta, anno postquam Romana esse cœperat dxxxv: (aliis dxxxvii.) Idem & Victor Utic. lib. 1. Idatius ait Carthaginem captam xiv. Kal. Novembris. Item Litorium apud Tolosam cum hostes cecidisset, esse captum.

Salvianus lib. vii. scribit Gotthos enixè pacem à Romanis postulasse, nec impetrasse: ideòque Theodoricum usque ad diem prælii stratum cilicio preces fudisse. Aëtius misso Avito, qui Cæsar postea fuit, agrè pacem impetravit.

Gefericus Quod vult Deum Episcopum cum Clericis in navim fractam nudos exposuit: qui Neapolim Campaniæ pervenerunt. Victor.

Mortuo Firmo Episcopo Casarienses Constantinop. venerunt, ut Episcopum acciperent. Proclus Thalassio Pr. Præt. Illyrici nec opinatò manus imposuit. Socrat. lib. vii, cap. ult.

Concilium Regiense hoc anno in Galliis celebratum contra Armentarium Episcopum Ebreundensem à duobus tantum ordinatum.

Sebastianus Comes cum esset Constantinopoli, de imminente sibi periculo certior factus, ad Theodoricum Gothorum regem, inde Barcinonam in Hispaniam confugit. Idatius.

Valentinianus v. *Xlvii. Pontifex Leo i.*

Paulinus magister Officiorum in Cæsarea Cappadociæ, jubente Theodosio principe, interemptus est. Romanæ Ecclesiæ Leo xliii. Papa creatus, vixit annos xxi. Marcellinus. Hoc igitur anno mortuus est Sixtus v. Kalend. Aprilis, cum sedisset annos viii, minus dies xxx. Prosper ait xl. amplius diebus Romanam Ecclesiam sine antistite fuisse, cum expectaretur Leo Diaconus, qui pacis inter Aëtium & Albinum redintegrandæ causâ in Gallias abierat. Is legatione publica est accitus.

Gefericus Siciliam graviter affligens, accepto nuncio de Sebastiano ab Hispania ad Africam transeunte, celeriter Carthaginem venit. Verum ille amicum se magis, quam hostem videri volens diversa omnia apud barbaros, quam præsumperat reperit, eaque spes causa illi maxima, & calamitatis, & infelicis mortis fuit. Prosper. Fugit autem in Africam, cum prodicionis insinulatus esset. Idatius porro scribit Gefericum diu Pannoniam obfessisse, ac Maximini apud Siciliam Arianorum ducis instinctu adversus Christianos gravem persecutionem excitasse. Plerique Carthaginenses nobiles in Oriente exulant, quos Theodoretus commendat.

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nab.
32 15	111	1192	1187
33 16	112	1193	1188

Confortius

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul. * Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Era Dioc.
5154 5. 5. 9 E	4424	441	158
5155 3. 6. 10 D	4425	442	159
5156 4. 7. 11 C	4426	443	160
5157 5. 8. 12 BA	4427	444	161

Censorius comes, qui legatus ad Suevos missus fuerat, resistens Mirtyli, obiectus à Rechila sese tradidit. Idatius.

Cyrus solus. *Leonis 2.*

Cyrus iste ob Poeticam Eudociæ gratiosus, ab ea promotus est. Suidas.

Theodosius bellum contra Wandalos movet, Arcobinda, & Anaxilla, atque Germano ducibus cum magna classe directis. Sed longis cunctationibus rem pessunderunt. Prosper.

Perse, Saraceni, Zanni, Hauri, Hunni Romanorum sola vastant. Missi sunt contra eos Anatolius & Aspar magistri militiæ, pacemque cum eis unius anni fecerunt. Chron. Alexandr.

Joannes natione Wandalus, magister militiæ Arnegiseli fraude in Thracia interemptus est. Hunnorum reges in Illyricum irruunt. Naifum, Singidunum, aliæque oppida Illyrici exciderunt. Marcellinus, & Chron. Alexandr.

Hoc anno celebratur Arausiac. Concilium 1. ex Narbonensi, & Lugdunensi provinciis.

Hermericus rex Suevorum diuturno septem annorum morbo sublatu est. Rechila ejus filius Hispani obtenta, Baticam, & Carthaginensem provincias in suam redigit potestatem. Idatius.

Asturio dux utriusque militiæ ad Hispanias missus Tarraconensium cadit multitudinem Baccaudarum. Idatius.

Dioscorus. *Leonis 3.*

Eudoxius.

Hunnis Thraciam, & Illyricum vastantibus, exercitus, qui in Sicilia morabatur, ad defensionem Orientalium partium revertitur.

Cum Geferico à Valentiniano pax confirmata, & certis spatiis Africa inter utrumque divisa.

In Gefericum conspirant optimates: sed detecti crudelissime necantur. Prosper.

Marcellinus ait Bledam & Attilam fratres Illyricum Thraciamque depopulatos esse. Quod & Chron. Alex. testatur. Paulus Diac. lib. xiv. scribit Theodosium 6000. librarum auri Artile perfolvisse, & 1000. annuas promississe.

Concilium Vafense dictum in Narbonensi Gallia celebratum.

Maximus ii. *Leonis 4.*

Paternus.

Manichæos latentes in Urbe S. Leo intercepti, & eorum codices combussit. Prosper.

Theodosius Imper. ex Asiana expeditione in urbem rediit. Thermanum, quæ Achilleæ dicuntur, encaniæ factæ. Marcellinus. Prius autem thermæ dedicatæ, nempe 111. Id. Jan. Rediit verò Theodosius vi. Cal. Sept. Chron. Alex.

Theodoretus cum Antiochiæ frequens esset in Synodis, suspectus Nestorianæ heresis à Theodosio jubetur urbe se sua continere. Theodor. Episc. lxxxii. & xc. ac sequentibus.

Theodosius xviii. *Leonis 5.*

Albinus.

Attila Bledâ fratre suo casu populos ejus sibi subiecit. Prosper. Theodosius nova quinquennalia dedit. Archadia soror Theodosii finem vivendi fecit. Severum Presbyterum, & Joannem Diaconum Eudociæ reginæ apud Æliam urbem ministrantes Saturninus comes domesticorum occidit jussu Theodosii. Eudocia Saturninum interfecit: statimque mariti nutu regis spoliata ministris apud Æliam moritura relinquitur. Marcellinus. Chron. Alex. ait Theodosium oblatum sibi pomum Phrygium inusitata magnitudinis Eudociæ misisse; hanc verò Paulino Magistro. Ob id suspecta reddita, Hierosolymam proficiscitur. Paulinus interfecit.

Contra Manichæos Concilium Romæ habitum à Leone Papa. Ipse ad Turibium Ep. ix. cap. xvi.

Cyrillus obiit hoc anno v. Idus Jun. Sedit annos xxxi. id est inchoavit. Nam creatus est anno ccccxii. undecimo Kalend. Novembris. Succedit Dioscorus, qui Theodoretus infensus fuit.

De Paschate hujus anni consultus à S. Leone Paschasinus Lilybetanus rite respondit celebrandum esse Aprilis xxxi. Episc. ejusdem Paschasini extat, ante S. Leonis lxxiv. Vide lib. 11. cap. lxxiii.

Asturio magistro utriusque militiæ gener ipsius successor mittitur Merobaudis natu nobilis, & eloquentiæ, ac poetices

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nab.
34 17	Olymp. 305	1194	1189
35 18	11	1195	1190
36 19	111	1196	1191
37 20	112	1197	1192

DE DOCTRINA TEMPORUM,

Per. Jul. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Era Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nab.
5158 6. 9. 13 G	4428	445	162	38 21	Olymp. 305	1198	1193
<p>poëtices laude celeberrimus; adeo ut status meruerit. Hic brevi tempore Aracellanos Bacaudas contudit. Inde nonnullorum invidia Romam revocatur. Idatius. In Asturicensi urbe Gallatiz latentes Manichæi gestis Episcopibus deteguntur; quæ ab Idatio, & Turibio Episcopis, qui eos audierant ad Antoninum Emeritensem Episcopum directæ sunt. Idatius.</p> <p><i>Valentinianus VI.</i> <i>Leonis 6.</i></p> <p>Contra S. Hilarium Arelatensem illicitas ordinationes attentantem rescribit Valentinianus Imperator, Leone Papa postulante, qui Romæ habito concilio de causa Arelatenfis Episcopi alienos fines invadentis, sententiam in eum tulit. Exstat Novella Valentin. in Novel. L. vi. Tit. xxiv. de Episc. ordin.</p> <p>Hucusque S. Prosper Chronicon suum perduxit. Vitus magister utriusque militiæ missus in Hispanias cum Carthaginenses vexaret, & Baticos, supervenientibus Suevis, Gothisque, qui in auxilium ipsi venerant, superatis, territus profugit. Suevi provincias illas præditi sunt. Idatius.</p> <p><i>Aëtius III.</i> <i>Leonis 7.</i></p> <p><i>Symmachus.</i></p> <p>Magna fames Constantinopoli, ac templum regiæ civitatis exultum. Marcell.</p> <p>Picti atque Scoti Britanniam invadunt; Aëtii opem frustra à Britannis implorata. Gildas.</p> <p>Idatius Solis defectionem contigisse notat Kalend. Jan. feria tertia. Convenit quidem feria. Sed defectio Solis hoc tempore nulla esse potuit.</p>							
5159 7. 10. 14 F	4429	446	163	39 22	11	1199	1194
<p><i>Aradabures.</i> <i>Leonis 8.</i></p> <p><i>Callepius.</i></p> <p>Proclus Constantinopolitanus Episcopus obiit Octobris xxiv. Menolog.</p> <p>Successit ei Flavianus, qui quod Chrysoftho Eunucho munera offerre detrectasset, apud eum offendit. Niceph.</p> <p>Ingenti terræ motu Constantinopolis muri, cum LVII. turribus conciderunt. Sed & fame, ac peste laboratum est. Attila quoque tota Europa grassatus est. Eodem anno muri Constantinop. intra tres menses Constantino Præf. Præf. operam dante reedificati sunt. Attila rex usque ad Thermopolim venit. Contra hunc pugnans Arnegiscus magister militiæ in ripensi Dacia multis hostibus interfectis occubuit. Marcellinus.</p> <p>Chron. Alexandr. his ipsis Coss. refert ingentem terræ motum fuisse, ita ut cives omnes extra urbem degerent. nemo tamen hominum periit. Hic ille motus est, per quem arreptus in cælum puer trifragium hymnum audiit. Nicephor. xiv. cap. xlv. Hujus historiæ meminit Felix Papa Episc. III. ad Cnaphum, & sub Proclo contigisse memorat. Hoc Baron. anno superiore retulit. quo & Procli obitum statuit. Verum hunc ad annum perseverasse probabile est. Quin & hoc anno factum arbitrator, quod Baron. superiore narrat; Chrysoftho Eunucho adversus Pulcheriam concitasse principem. quam cum Diaconissam fieri jussisset; illa præsentens imperii se gubernatione abdicavit. Niceph. ib. cap. xlvii.</p> <p>Ad Turibium Asturicensis scribit Leo, & Concilium adversus Priscillianistas indicit. Idem Bassianum Ephesi Episcopum deponit. Act. xi. Chalced. Synodi.</p> <p><i>Zeno.</i> <i>Leonis 9.</i></p> <p><i>Postumianus.</i></p> <p>Hoc anno Eutyces hæreseos conviclus est mense Novembris in Concilio Constantinop. accusante Eusebio Dorylæi Episcopo. Cæpta est Synodus vi. Id. Novembris ut est in Act. i. Chalced. Conventerant primum in causa Florentii Sardoorum Metropolitanæ contra Joannem & Cossinium ejus suffraganeos.</p> <p>Eodem anno bis postulatus judicio Ibas Edesenus, bis absolutus est: primum Tyri mense Febr. deinde Beryti mense Septemb. r. Accusatus primum à presbyteris, & Diaconis horrendæ blasphemæ apud Dominum. Qui cum Antiochiam venissent, ab Iba excommunicati sunt. Sed superveniente festivitate quadragesimæ ascensionis à Domino jussi sunt absolvi, ea lege, ut Antiochia ne discederent. At quidam ex iis ad comitatum iverunt; indeque sacros apices ad Photium, Eustathium, & Uranium Episcopos attulerunt, ut Beryti audirentur. Erant cum iis Eulogius Diaconus Constant. & Damascius vir spectabilis tribunus, & notarius. Interim à Domino, & eus concilio damnati sunt. Postea Beryti Ibas absolutus est,</p>							
5160 8. 11. 15 E	4430	447	164	40 23	111	1200	1197
<p><i>Aradabures.</i> <i>Leonis 8.</i></p> <p><i>Callepius.</i></p> <p>Proclus Constantinopolitanus Episcopus obiit Octobris xxiv. Menolog.</p> <p>Successit ei Flavianus, qui quod Chrysoftho Eunucho munera offerre detrectasset, apud eum offendit. Niceph.</p> <p>Ingenti terræ motu Constantinopolis muri, cum LVII. turribus conciderunt. Sed & fame, ac peste laboratum est. Attila quoque tota Europa grassatus est. Eodem anno muri Constantinop. intra tres menses Constantino Præf. Præf. operam dante reedificati sunt. Attila rex usque ad Thermopolim venit. Contra hunc pugnans Arnegiscus magister militiæ in ripensi Dacia multis hostibus interfectis occubuit. Marcellinus.</p> <p>Chron. Alexandr. his ipsis Coss. refert ingentem terræ motum fuisse, ita ut cives omnes extra urbem degerent. nemo tamen hominum periit. Hic ille motus est, per quem arreptus in cælum puer trifragium hymnum audiit. Nicephor. xiv. cap. xlv. Hujus historiæ meminit Felix Papa Episc. III. ad Cnaphum, & sub Proclo contigisse memorat. Hoc Baron. anno superiore retulit. quo & Procli obitum statuit. Verum hunc ad annum perseverasse probabile est. Quin & hoc anno factum arbitrator, quod Baron. superiore narrat; Chrysoftho Eunucho adversus Pulcheriam concitasse principem. quam cum Diaconissam fieri jussisset; illa præsentens imperii se gubernatione abdicavit. Niceph. ib. cap. xlvii.</p> <p>Ad Turibium Asturicensis scribit Leo, & Concilium adversus Priscillianistas indicit. Idem Bassianum Ephesi Episcopum deponit. Act. xi. Chalced. Synodi.</p> <p><i>Zeno.</i> <i>Leonis 9.</i></p> <p><i>Postumianus.</i></p> <p>Hoc anno Eutyces hæreseos conviclus est mense Novembris in Concilio Constantinop. accusante Eusebio Dorylæi Episcopo. Cæpta est Synodus vi. Id. Novembris ut est in Act. i. Chalced. Conventerant primum in causa Florentii Sardoorum Metropolitanæ contra Joannem & Cossinium ejus suffraganeos.</p> <p>Eodem anno bis postulatus judicio Ibas Edesenus, bis absolutus est: primum Tyri mense Febr. deinde Beryti mense Septemb. r. Accusatus primum à presbyteris, & Diaconis horrendæ blasphemæ apud Dominum. Qui cum Antiochiam venissent, ab Iba excommunicati sunt. Sed superveniente festivitate quadragesimæ ascensionis à Domino jussi sunt absolvi, ea lege, ut Antiochia ne discederent. At quidam ex iis ad comitatum iverunt; indeque sacros apices ad Photium, Eustathium, & Uranium Episcopos attulerunt, ut Beryti audirentur. Erant cum iis Eulogius Diaconus Constant. & Damascius vir spectabilis tribunus, & notarius. Interim à Domino, & eus concilio damnati sunt. Postea Beryti Ibas absolutus est,</p>							
5161 9. 12. 1 DC	4431	448	165	41 24	112	1201	1198
<p><i>Zeno.</i> <i>Leonis 9.</i></p> <p><i>Postumianus.</i></p> <p>Hoc anno Eutyces hæreseos conviclus est mense Novembris in Concilio Constantinop. accusante Eusebio Dorylæi Episcopo. Cæpta est Synodus vi. Id. Novembris ut est in Act. i. Chalced. Conventerant primum in causa Florentii Sardoorum Metropolitanæ contra Joannem & Cossinium ejus suffraganeos.</p> <p>Eodem anno bis postulatus judicio Ibas Edesenus, bis absolutus est: primum Tyri mense Febr. deinde Beryti mense Septemb. r. Accusatus primum à presbyteris, & Diaconis horrendæ blasphemæ apud Dominum. Qui cum Antiochiam venissent, ab Iba excommunicati sunt. Sed superveniente festivitate quadragesimæ ascensionis à Domino jussi sunt absolvi, ea lege, ut Antiochia ne discederent. At quidam ex iis ad comitatum iverunt; indeque sacros apices ad Photium, Eustathium, & Uranium Episcopos attulerunt, ut Beryti audirentur. Erant cum iis Eulogius Diaconus Constant. & Damascius vir spectabilis tribunus, & notarius. Interim à Domino, & eus concilio damnati sunt. Postea Beryti Ibas absolutus est,</p>							

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Era Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nab.
5162 10. 13. 2 B	4432	449	166	42 25 1	Olymp. 307	1202	1197
<p>est, cum Edeseni Clerici illum purgassent. Hæc ex Actis Concil. Chalced.</p> <p>Tertius Francorum rex hoc anno cœpit Meroveus, postquam Clodius obiit. qui xx. circiter annis regnavit. Vide lib. xi. cap. 11.</p> <p>Rechila rex Suevorum gentilis moritur Augusto mense Emeritæ. cui Recharius filius Catholicus succedit. qui statim ultiores provincias prædationibus infestas habuit. Idatius. Isidorus octo annos Rechilæ tribuit.</p> <p>Recharius Theodorici Gothorum regis filiam duxit; & Vasconiam mense Februario populatus est. Idatius. Censorinus Hispali per Anulum jugulatus. Recharius mense Julio ad Theodoricum socerum profectus Cæsaraugustanam provinciam & Ilerdensis urbem depradatus est. Idat.</p> <p><i>Protogenes.</i> <i>Leonis 10.</i></p> <p><i>Asterius.</i></p> <p>Hoc anno ἀπεσταλὸς ἀνὸς ἐφ' Ephesi est habita fraude Chrysofthi Eunucho; in qua Eutyces à Dioscoro communioni restitutus est. Flavianus damnatus; & cum Rom. Pontif. appellaret, in exilium detrusus est, ac mortuus. Huic suffectus est Anatolius Presbyter, & Apocripharius Dioscori, ut ait Niceph. Chron. Ea indicta Synodus in Kalend. August. cæpta est iv. Id. Aug. Et subscribere Dominus Antiochenus, Juvenalis Hierosolymitanus, & alii. Quamquam videtur postea Dominus descivisse. Nam & depositus est cum aliis, maxime Theodoro. Legati Romani Pontif. vexati. Hilaris effugit, & Romam venit. Ibi habita Synodo, Leo Pont. Synodum illam abrogavit. Acta Conc. Chalced. Liberatus.</p> <p>Dioscorus Alexandriam reversus indicto Concilio Leonem excommunicavit. Conc. Chalced. Act.</p> <p>Marina Theodosii foror obiit. Marcell. & Chron. Alexand.</p> <p>Hoc anno Sebastianum à Genserico occisum esse refert Idatius.</p> <p><i>Valentinianus VII.</i> <i>Leonis 11.</i></p> <p><i>Avienus.</i></p> <p>Theodosius agnito errore, Eudociam conjugem acriter objurgavit: quæ Ierosolymam petiit. Pulcheriam revocavit in regiam. Moritur deinde iv. Kalend. August. ætatis XLIX. cum Marcianum successorem ante delegisset. Theodorus Lector. Marcellinus. Imperavit annos XLII. menses III. Marcianus ergo imperium cum uxore Pulcheria cepit. qui statim generalem Synodum indixit: cum S. Leo legatos Constantinopolim misisset. qui cum Anatolio Episcopo Concilium ibi celebrarunt, & Eutychianos damnarunt. Acta S. Abundii, quæ in Annal. Num. xxix. citantur. Orta inter Viennensem & Arelatensem Episcopos controversia, & hoc anno instaurata, Leo Pont. Viennensem Arelatenfi subijci noluit. Vide Baron. N. III.</p> <p>Marcell. scribit hoc anno Chrysoftho Eunucho Pulcheriæ nutu interemptum esse. Ita & Chron. Alexand.</p> <p>Chron. Alexand. refert eodem hoc anno Attilam Valentiniano mandasse, uti sibi Palatium Romæ adornaret: Aëtium verò profectum in Gallias Alaricum adversus illum incitasse. tum ad Danubium proligatas Attilæ copias: sed Alaricum occubuisse. Narrat & Cyrum Præf. Præf. & Urbi simul quatuor totos annos, quod ei in Circo populus acclamasset, à Theodosio in ordinem redactum, & Clericum factum: Smyrnensem deinde creatum Episcopum, ut ab illo populo interficeretur, qui jam iv. Episcopos peremerat. sed ipsum conciliato sibi populo ad mortem usque perlitisse Episcopum.</p> <p><i>Marcianus Aug.</i> <i>Leonis 12.</i></p> <p><i>Adelphius.</i></p> <p>Marciani Imperatoris admirabilem historiam Theophanes ac Cedrenus, & Evagrius describunt.</p> <p>Hoc anno Attila Galliam populatur; Parisi Genovefæ precibus liberati. Tandem ab Aëtio in campis Catalaunis vincitur. De qua victoria Theophanes meminit, atque Aureliam usque pervenisse Attilam, & ab Aëtio proligatum. Huic prælio Meroveus Francorum rex interfuit, & Theodoricus Gothorum rex, cui Thorismundus sive Thorismo filius successit. Meminit hujus victoriæ Idatius in Chron. & haud longè Metis, quam Hunni perperant, proligatum refert Aëtium: ac ccc. m. ferè in eo prælio cecidisse.</p>							
5163 11. 14. 3 A	4433	450	167	43 26 2	11	1203	1198
<p><i>Marcianus Aug.</i> <i>Leonis 12.</i></p> <p><i>Adelphius.</i></p> <p>Marciani Imperatoris admirabilem historiam Theophanes ac Cedrenus, & Evagrius describunt.</p> <p>Hoc anno Attila Galliam populatur; Parisi Genovefæ precibus liberati. Tandem ab Aëtio in campis Catalaunis vincitur. De qua victoria Theophanes meminit, atque Aureliam usque pervenisse Attilam, & ab Aëtio proligatum. Huic prælio Meroveus Francorum rex interfuit, & Theodoricus Gothorum rex, cui Thorismundus sive Thorismo filius successit. Meminit hujus victoriæ Idatius in Chron. & haud longè Metis, quam Hunni perperant, proligatum refert Aëtium: ac ccc. m. ferè in eo prælio cecidisse.</p>							
5164 12. 15. 4 G	4434	451	168	44 27 3	111	1204	1199
<p><i>Marcianus Aug.</i> <i>Leonis 12.</i></p> <p><i>Adelphius.</i></p> <p>Marciani Imperatoris admirabilem historiam Theophanes ac Cedrenus, & Evagrius describunt.</p> <p>Hoc anno Attila Galliam populatur; Parisi Genovefæ precibus liberati. Tandem ab Aëtio in campis Catalaunis vincitur. De qua victoria Theophanes meminit, atque Aureliam usque pervenisse Attilam, & ab Aëtio proligatum. Huic prælio Meroveus Francorum rex interfuit, & Theodoricus Gothorum rex, cui Thorismundus sive Thorismo filius successit. Meminit hujus victoriæ Idatius in Chron. & haud longè Metis, quam Hunni perperant, proligatum refert Aëtium: ac ccc. m. ferè in eo prælio cecidisse.</p>							

Isidorus

DE DOCTRINA TEMPORUM.

Per. Jul. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Era Dioc.
5165 13. 16. 5	4435	452	169

Isidorus in Chronico Gothorum, æra cccclxvi. ait Theodoricum post Walliam annis regnasse xxi. & ab Aëtio repressum ab Arelate. Eodem extincto Theodonem à Litorio esse victum. Theodoricum verò in prælio contra Hunnos esse cæsum. Atqui prælium hoc in campis Catalaunis contigit Aëtio duce hoc anno, æra cccclxxxix.

CONCILIIUM CHALCEDONENSE OECUMENICUM QUARTUM.

Hoc anno Chalcedone Synodus oecumenica celebratur, cui Marcianus Imper. cum Pulcheria Aug. & Magistratibus, ac Senatoribus interfuit. In ea *λυσισκη* Synodus antiquata. dampnatus Eutyches & Dioscorus. Cæpta est viii. Id. Octobris & xlii. sessionibus finita Kal. Nov. & Canones sanciti xxix. sed qui à S. Leone minime recepti videntur, ut ex Leone Ep. lxi. colligitur. Gelasius r. Opusc. 1. de Anath. Hujus acta perscribit Evagrius lib. 11. cap. 1v. Vide & Liberatum.

Eclipsis Lunæ contigit Septembris xxvi. feria 1v. hora 5, 39. post meridiem Compostellæ, fuitque digitorum 10. Cujus illuc extremam videri potuit. Idatius Chronico. Placidia Valentiniani Imper. mater Romæ moritur. Idatius.

Per. Jul. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Era Dioc.
5165 13. 16. 5	4435	452	169

Herculanus. *Leonis* 28
Sporatus. 13. 4

Pro Chalced. Concilio laborat Imperator, & quæ contra Flavianum gesta erant, abolet. Acta Calch. Conc. Proterius Alexandrinus Episcopus eligitur.

Pulcheriam mortuam hoc anno Theophanes, Cedrenus, alique referunt.

Alexandrini Dioscorigo amore tumultuantur, comminati se frumentum prohibitos, quod Constantinop. advehebatur. Marcianus ergo frumentum Pelusium conveyi jubet. Alexandrini fame compulsi, Proterio deprecante, conqueſcunt. Theodosius Monachus post Chalcedon. Synodum cursu Palæstinam petens Eudociam decipit, inficitque peste hæretica; Hierosolymitanum thronum occupat: Scythopolitanum Episcopum Severianum jugulat; Athanasium Diaconum liberè increpantem occidit. Ob id à Marciano jussu constringi, fuga est elapsus. Fugerunt tunc Juvenalis Episcopus Hierosol. & Domnus Antiochenus, alique: qui postea redierunt. Theophanes.

Attila Aquileiam, Ticinum, & Mediolanum vastat, cumque Romam tenderet, S. Leonis interventu recessit. Marcell. Comes Cassiod. Miscella. Idatius à Marciano missis auxiliis Aëtio duce plerosque barbaros occisos ait: & facta pace Attilam ad sedes suas reversum. At Jordanes postquam ab Italia recessit, rursus in Gallias regressum esse narrat, ut Alanos trans Ligerim confidentes opprimeret. Verum Thorismondum illi se opposuisse, nec minore, quam in Catalaunis campis, clade ipsum affecisse. Venetiarum urbs ex illa barbarorum incurſione originem accepit; Italis plerisque ex urbium suarum incendiis & ruinis ad æstuarium receptum habentibus.

Carthaginensis Ecclesia, quæ per annos xlii. ex quo capta erat, Episcopo caruerat, hoc anno Deo gratias Episcopum creavit. Victor Utic.

Thorismo (qui & Thorismondus) rex Gothorum spirans hostilia à Theodorico, & Frederico fratribus jugulatur, cum anno uno regnasset. Idatius. Isidorus. Jordanus. atque hic tertio anno regni sui Thorismondum ait occisum. Sed fallitur. Nam uno non amplius anno regnasse priores duo testantur.

Marcianus sanxit, ut hi, qui Consules fieri cupiebant, nihil aris in populum spargerent, sed statutam pecuniam ad reparandum urbis aquæ ductum dependerent Marcellinus.

Per. Jul. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Era Dioc.
5166 14. 17. 6	4436	453	170

Vincomalus. *Leonis* 29
Opilio. 14. 5

Pulcheria Augusta moritur x. Septembris Martyr. Rom. Marcell. Chron. Alex.

S. Joannis Baptistæ caput Emesæ repertum anno Syromacedonum dccclxlii. Antiochenorum vi. mense Peritio, (is est Februarius) A. D. xlii. Kalend. Mart. media quadragesimæ hebdomada. Chron. Alex. Pascha hoc anno contigit xli. Apr. Itaque Dominica Sexagesimæ, quæ Græcis Quadragesimalis jejunii caput est, incidit in xv. Februarii. Ita feria 1v. primæ jejunii solennis hebdomadæ, Februarii xvlii. inventum est caput. Marcellinus

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nab.

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nab.
28	1v	1107	1160
4			Maii 2

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nab.
29		1206	1201
5	308		

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Era Dioc.
5167 15. 18. 7	4437	454	171
5168 16. 19. 8	4438	455	172

Marcellinus id xxiv. Februarii contigisse memorat. Tam hic autem quam Alexandrinum Chron. ambigüe loquuntur; ut necias sacri capitis inventionem, an Pulcheriæ obitum nota illa consignent. Vixit S. Pulcheria annis lvi.

Concilium Andegavenſe in Gallia celebratum, in quo Thalassius ejusdem urbis Episcopus creatus est.

Stadius. *Leonis* 30
Aëtius. 15. 5

Valentinianus cum Maximi Senatoris uxorem stuprafset, ejusdem Maximi callido consilio Aëtium cum Boëtio amico in palatio interfecit. Marcell. Idatius.

Attila cum puellam duxisset, vino se in nuptiis ingurgitans vomitu sanguinis periit. Marcell. Theophanes.

Anatolius Constantinopolitani altius attollens sese à S. Leone reprimitur, ac primatus studio cedit Ep. lxxi. S. Leonis.

Juvenalis Hierosolymitanus Episcopus à S. Leone increpitus, Catholicam fidem collecta Synodo omnibus amplectendam proposuit. In Append. Conc. Calch.

Valentinianus viii. *Leonis* 31
Anthemius. 16. 6

Valentinianus dolo Maximi Patricii per Optilam, & Traufilam Aëtii satellites in campo Martio necatur xvi. Kalend. April. natus annos xxxvi. impetii xxxi. Idatius. Marcell.

Theophanes ait Maximum in palatium irrumpentem, occidisse Valentinianum, & Eudociam per vim constulasse; eamque Gifericum ex Africa vocasse; qui Roma potitus in Africam tranſtulit vasa aurea multa, *ἀργυροσκα, & χρυσόσκα σκευητάριον, & σάβη Εβραϊκά, ἀπὸ Οὐρανισαυρὸς, & τῶς πρὸ αὐτῶν ἱεροσολύμων ἐς Ῥώμην ἤγαγον. ex auro solido, & lapillis ornata ad usum Ecclesiæ facta; nec non Judaica vasa, quæ Vespasianus & Titus Hierosolymis asportarant.*

Eudociam Eudoxiæ F. Genserici filio suo Hunerico copulavit: Placidiam alteram filiam, quod Olybrio nupserat, servavit. Idem Ergo subinde occiso Valentin. Maximus tyrannidem invasit, qui sub adventum Genserici fugiens à suis occiditur, cum vix 1v. menses expleisset. Idat. Sidonius lib. 11. Ep. xlii. principatum vix bimestrem vocat. Idem Maximus Palladium ex priore conjugæ filium Cæsarem fecit, eique Valentiniani filiam in conjugium tradidit. Idatius.

At Procop. lib. 1. de bel. Vand. ait Maximum duxisse Eudociam, & cum falsus esset, se ejus amore Valentinianum occidisse, Gensericum ab illa vocatum esse. Baron. dicit Theophanem referre Gensericum à Leone coercitum, ne in Urbem incendio grassaretur. Sed hoc apud Theophanem non legi: verum apud Miscellam.

Avitum hoc anno cæpisse docet Onufrius, cum prid. Id. Jun. occisus esset Maximus, & interregnum fuisset dierum xxviii.

Idatius auctor est Avitum Gallum ab exercitu Galliano, & ab honoratis primùm Tolosæ Imper. esse factum; dehinc apud Arelatum: demum Romam venisse, & esse susceptum. Ab eodem postea missum ad Suevos Frontonem Comitem: nec non à Theodorico Gothorum rege: atque inter tres illos principes fœdere firmato, Suevos perfidiosè Tarraconensem Romanorum provinciam invasisse.

Ad hunc annum Prosper Chronicon perduxerat. Cassiod. Instit. Divin. cap. xvii. Gennadius.

Gifericus postea Africanarum omnium urbium, excepta Carthagine, mœnia diruit: quod Vandalis exitio postea fuit. Procopius.

Idem mortuo Deogratias Carthagin. Episcopo, alium in ejus locum substitui vetat. Victor 1.

De Paschate hujus anni insignis dubitatio existit. de qua consultus Proterius Alexandrinus respondit celebrandum esse viii. Kalend. Maias. Vide lib. 11. cap. lxiv.

Per. Jul. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Era Dioc.
5169 17. 1. 9	4439	456	173

Joannes. *Leonis* 7
Varanes. 17. 2

Hoc anno Childericus quartus Francorum rex Meroveo mortuo successit, qui nonum regni annum attigit.

Theodoricus Gothorum rex Aviti Imperatoris hortatu cum ingenti exercitu Hispanias ingreditur, à quo Recchiarus 111. Nonas Octobris fetia vi. ingenti certamine superatur, & ad extremos Galliciæ fines vix plagatus evadit. Theodoricus victoriam persecutus ad Bracarum extremam Galliciæ civitatem admotis copiis, *Paris II.* M m m cam

Marcianus. *Leonis* 31
Avitus. 17. 2

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nab.
30	11	1107	1161
31	111	1208	1203
6			
1			

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nab.

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nab.
7	1v	1209	1204
2			Maii 1.

Table with columns: Per. Jul. Ind., Mundi., Anni Chr., Æra Dioc., and numerical values (458, 444, 457, 174, 444, 458, 175).

eam diripit; sanctorum basilicas evertit; altaria confregit. Rechiarius ad locum, qui Portuale dicitur, profugus regi Theodorico captivus adducitur. Ita regnum Suevorum in Hispania destructum est. Occiso deinde Rechiario mense Decembri Theodoricus e Gallæcia in Lusitaniam venit. Idatius.

Isidorus tamen regnum Suevorum longum in tempus postea propagatum esse memoria prodit: & ex iis, qui cladi superfuissent, alios sibi Maldiam regem constituisse, alios Fratom. Idatius quoque id anno sequenti retulit, uti mox dicitur, qui & illud narrat, Theodoricum Emeritam depradari volentem S. Eulaliæ ostentis absterritum fuisse. Ad hæc Jordanus refert Theodoricum Suevis præfuisse clientem suum Athivulsum ex Varnorum stirpe. qui à Theodorico deficiens, ab eo postea captus, & interfectus est. Tandem Suevis permisit, uti gentis suæ regem deligerent, qui Remismundum optarunt. Jordanus.

Per idem tempus Wandali à Ricimere cæsi, qui lxx. navium classe populabundi excurrerant. Idatius.

Genfericus Catholicus vexat in Africa. Martyr. Rom. xvi. Octob. ex Victore.

Maximo Antiocheno Episcopo mortuo succedit Basilii Orthodoxus. Epist. Syrorum ad S. Leonem.

Constantinus. Leonis. Imper. Leo. Rufus. 18. Avitus. Majorianus.

Marcianus obiit prid. Kal. Maii. Theoph. De cuius pietate ista Theoph. εως εν ταις λιταις ε μαμπε περὸς εβρη, πολλα πηθ θεωρησους εστιν. εθεν τσπν εβαν ο Πατελαρχος Ανατολιου, η αυτου εκεινη φερειν φερειν, η η εβρη ελπιουσαν, εδω περὸς. Qui in supplicationibus Campi pedes procedebat, multa in pauperes largiens. Unde ejus exemplo Patriarcha Anatolius cum lætica antea veheretur, uti mos est, pedibus & ipse progressus est. Imperavit annos vi. M. vi. Marcellinus.

Leo Marciano successit. cuius voluntate Majorianus apud Ravennam Imperator factus est. Idem, & Novella Major. Tit. lxxi. ad Senatam.

Gefericus Endoxiam cum Placidia filia Olybrii conjugem remisit. Theoph. Evag. lxx. cap. vii.

Avitus tertio anno, quam à Gallis & Gotthis Imper. factus erat, Gotthorum auxilio destitutus imperio & vita caruit. Idatius. At Evagrius lib. lxx. cap. vii. aliique, non plures x. mensibus diebusque viii. ejus imperio tribuant. Porro eum abdicato imperio Placentiæ Episcopum fuisse Miscella refert.

Egyptii hæretici Marciano mortuo tumultuant. Horum signifer Timotheus Ælurus ex monacho Presbyter Alexandrinus prætiguis suis monachos in Proterium commovet; cellas obiens, & Angelum se esse dicens ideo missum, ut à Proterio recedere, & Timotheum eligere moneret. Theophanes. Liberatus.

S. Leo Imperatorem à nova Synodo cogenda deterrit. Epist. lxxxii.

Juvenalis Hierosol. Episcopus, cum sedisset annos xiv. moritur.

Theodoricus adversis sibi nunciis territus (ait Idatius) mox post dies Pascha, quod fuit v. Kal. April. de Emerita egreditur, & Gallias repetens partem ex ea, quam habebat, multitudinem varia nationis cum ducibus suis ad campos Gallæcia dirigit. Ea per fraudem & perjurium Asturicam ingressa, cædibus & direptionibus grassatur. Eodem & Palentina civitas exitio vastata. Hæc pluribus Idatius. Sed quod Pascha v. Kal. April. incidisse narrat; id verò mendosum est. Nam Pascha Martii xxxi. fuit. Legendum xi. Kal. April.

Rursum Suevi, ut idem auctor memorat, in partes divisi, alii Frantanem, alii Maldiam regem appellant. Hi posteriores Lusitaniam ingressi, Ulisiponam specie pacis occupant.

Leo Aug. Majorianus. Leonis 19.

Theophanes ait Leonem Thracem, Tribunum coronatum Februario Indiæ. x. (error pro xi.) ab Anatolio.

Timotheus Ælurus per vim thronum invadit Alexandria, & Proterium in baptisterio necat prima Παναθηναίων ημερα. Idem Cyrilli scripta depravat. Theoph. Evagr. lib. lxx. cap. viii.

Leo Imper. ab Episcopis orbis super Chalced. Concilio concordem accepit epistolas. Marcell. Evagrius.

Anatolius Const. Episcopus moritur, cum sedisset annos viii. M. viii. Succedit Gennadius. Theod. Lector. Antiochiæ

Table with columns: Imp. Rom., Olymp., Urbis cond., Æra Nab., and numerical values (1, 3, 1, 1, 3, 1, 11, 2).

Table with columns: Per. Jul. Ind., Mundi., Anni Chr., Æra Dioc., and numerical values (459, 444, 459, 176, 444, 460, 177, 444, 461, 178).

Antiochiæ terræ motus horribilis. Indiæ. xi. Septembris xiv. feria i. Evagr. lib. lxx. cap. xii. Vide lib. x. de Doct. Temp. cap. lxxiv.

Anastasius ex Presbytero vasorum custode fit Hierosolymorum Episcopus. Cyrillus in Euthymio.

Frantanes partis Suevorum rex moritur. reliqui duce Maldia Gallæciam ad Durium sita hostiliter vexant. Idat. Hoc anno Solem defecisse idem scriptor asseverat, pag. 37. v. Idus Junias, quarta feria; & ab hora quarta in sextam ad speciem Lunæ v. vel vi. imminutum Solis orbem. Legendum v. Kal. nd. Junias. Hoc enim tempore Sol defecit Romæ digitos octo fere, hora 11, 45'. post mediam noctem. Vide lib. viii. At anno antecedente Novilunium quidem eclipticam incidit v. Idus Junias, five viii. die Junii, feria vii. Sed eclipsis nulla in Europa contigit. Nam & noctu verum Novilunium commissum est post mediam scilicet noctem hora secunda: & latitudo Lunæ australis erat.

Childericus Francorum rex ob luxuriam & impotentiam à suis ejectus ad Bilinum Thoringiæ regem confugit. Franci Egidium Romanum comitem militiæ magistrum regem sibi præficiunt. Gregor. Turon. lib. lxx. Hist. cap. xli. Aimoinus lib. i. cap. vii.

Winomadus Childerico fidus occulta cum eo pactione facta, Egidium ad primorum cædes impellit, ut eum apud Francos invidiosum faceret. Aimoinus.

Ricimer. Leonis 20.

Leo Proterii nece cognita Casarium mittens cædis illius participes absconione linguæ multavit. Timotheum verò Episcoporum judicio relinquit. Theophanes.

Constantinopoli Synodus habetur: cui legati Rom. Pont. interfuerunt: in qua Chalcedonensis Synodus confirmata, & Ecclesiastica disciplina constituta. Balsam. in Nomoc.

Acacio Antiocheno mortuo sufficitur Martyrinus. Nicephor. Chron.

S. Leo Papa ad Episcopos Campaniæ scribens, cum aliis de rebus illos edocet, tum publicæ confessionis usum contra Apostolicam traditionem invecum abrogat. Epist. lxxxvi.

Maldias germanum suum fratrem interficit, ait Idatius, & Portuale castrum invadit.

Apollonius. Leonis 21.

Maldias in fine mensis Februarii jugulatus est. Postea Suevis dominati sunt Frumarius & Remismundus, qui & inter se altercati sunt. Hispaniis verò Theodoricus Nepotianum magistrum militiæ, & Saniericum Comitem præfecisse colligitur ex eodem Idatio.

Jordanus refert Theodoricum Vefegothorum regem occiso Rechiario Suevorum gentem penè internecione delevisse.

Timotheus Ælurus Constantinopolim venire permisit, ut hæresin ejuraret, Leone Pontif. per Gennadium agente longius in exilium amandatur; primùm Gangram; deinde Cherfonam. S. Leo Epist. xcix. & c. Theophanes.

Æluro dejecto Timotheus cognomento λεωνος, id est albus, & Solophaciolus, vir bonus & Catholicus eligitur. Leo Epist. ci. & Theoph.

Eudocia Theodosii relicta moritur Hierosolymis anno ætatis lxxvii. cum ibidem degisset annos xi. atque ad tempus in Eutychanam hæresin prolapsa, opera SS. Euthymii, & Simeonis Stylitæ respuit. Cyrill. in Euthym. Niceph. xiv. cap. l.

Majorianus Imperator adversus Vandalos bellum parans dissimulato habitu legati specie ad Genfericum profectus est. Procop. i. Vand.

Dagalaiphus. xviii. Pontifex. Leo. Severinus. Hilarius 1. Maurianus. Severus.

Leo Papa moritur xi. Aprilis. fedit annos xxi. minis diebus xxxii. Succedit Hilarius Pontifex, qui vixit annos vi. Marcell.

Majorianus Casar à Ricimere apud Dertonam juxta fl. Hiram occiditur, cum regnasset A. iv. M. iv. D. ii. Succedit Severus. Marcell. Theoph. Idatius. Horribile incendium accidit Constant. Septembris ii. Ind. xv. Marcianus Oeconomus ad tegulas S. Anastasiæ scandens cum Evangelio, precibus & lacrymis templum servavit. Theophanes.

Paris II. M m m 2 Mortuus

Table with columns: Imp. Rom., Olymp., Urbis cond., Æra Nab., and numerical values (3, 3, 3, 3, 4, 4, 5, 5).

DE DOCTRINA TEMPORUM,

Per. Jul. * Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Ara. Dioc.
5175 23. 7. 15 G	4447	462	179
5176 24. 8. 1 F	4446	463	180
5177 25. 9. 2 ED	4447	464	181
5178 26. 10. 3 C	4448	465	182

Mortuus est hoc anno Symeon Stylites. Nam Theophanes anno sequenti, Septembris 11. Ind. xv. incendium ingens accidisse refert. Cœpit hæc Indictio anno isto.

S. Daniel Stylita cognito divina revelatione S. Simeonis obitu, columnam ad Ponti ostia conscendit, repugnante primum, sed assentiente mox Gennadio. Vita ejus xi. Dec. apud Sur.

Leo Aug. solus. Hilari 2.
Severum collegam addit Cassiodorus Leoni Aug.

Theoph. hoc anno dicit pictoris manum exaruisse, qui Christum Jovis instar pingere volebat, ac Gennadii precibus restitutum. Studium verò templum S. Joannis Baptistæ condidisse, & monachos ex Acœmetarum Monasterio illò transfuisse; tum Gratissimum Præpositum templum S. Cyriaci extra auream portam condidisse.

Jacobus Medicus Græcus paganus Imperat. ægrum adiens in sella juxta torum imperialem polita confedit, sine ullo Augusti nutu. reversus meridie, ablata sella, in sponda sedit, idque se veterum studij sui repletorum præceptionibus fecisse dixit. Marcell.

Idatius Chron. pag. 40. vi. Non. Martias Luna plena ab occasu Solis in sanguinem convertitur, feria vi. Tabulæ Parisinæ Plenilunium eclipticum reddunt eodem die serup. 7. post mediam noctem. ac digitos 9. defecit.

Antiochia Hauria terra dehiscente demergitur, piis aliquantis relicta. Idatius.

Idem refert hoc anno Genfericum Valentiniani reliquam Constantinopolin remisisse.

Item Agrippinum Gallum, & Comitem, & civem, Egidio Comiti viro insigni inimicum, ut Gothorum mereretur auxilia, Narbonam Theodorico tradidisse. Deinde Fretiricum Theodorici fratrem ab Egidio Comite viro, ut erat fama, Deo bonis operibus complacente in Armoricana provincia superatum, & occisum esse.

Vivianus. Felix. Hilari 3.
Theophanes hunc annum ait esse mundi 5956. Christi cccclvi. qui est ara Christianæ cccclxiii. ut suo loco docuimus. Hoc igitur anno Leo Zenonem ducem fecit Orientis; & Basiliscum Verinæ Angulæ fratrem *Σεβαστοῦ τοῦ Ἐλάτου.* Petrus *ὁ μαρτυρῶν* Zenonem secutus est, qui erat Presbyter Ecclesiæ S. Bassæ apud Chalcedonem. & Zenone sibi conciliato, Apollinaristas quosdam contra Martyrium Episcopum Antiochenum concitavit. Tum anathemate damnatis, qui non faterentur Deum crucifixum, addidit ad Trisagium; Qui crucifixus es pro nobis. quod Theopaschitzæ retinuerunt. Martyrius ad Imper. veniens à Gennadio honorifice susceptus est. Rediens deinde Antiochiam, nec tumultuantem populum ferens, fedi renunciat. quam Petrus invasit. Sed Imperator Petrum exilio damnat; qui clam profugit.

Elisæi Prophete ossa Alexandriam deportata sunt.

Victorius Aquitanus rogatu Hilari Papæ Cyclum Paschalem annorum dxxxii. edidit. Gennadius. Vide lib. 11. cap. lxxiv.

Rusticus. Olybrius. Hilari 4.
Beorgor rex Alanorum à Ricimere occiditur. Marcell.

Frumario mortuo, Remismundus Suevis omnibus damnatur. Solis defectio contigit xiii. Kalend. Aug. feria secunda: ita ut Sol in speciem Lunæ quintæ sit obscuratus. Wandali per Marcellinum casu à Sicilia fugantur. Suedi Conimbricam diripiunt. Hæc Idatius.

Quod ad defectionem Solis attinet: contigit revera Julii xx. feria 2. hora 8, 38'. Constantinopoli, fuitque digitorum 8. Vide lib. viii. pag. 537.

Basiliscus. Herminicus. Hilari 5.
Severus interiit. Marcell. Hic Ricimeris patricii dolo sublatu est veneno. Interregnum post ejus mortem fuit anni 1. & mensium aliquot; ut ex Chron. Cassiod. colligitur. Interim Genfericus valida classe oras Italiæ, & Græciæ populatur. quin & Alexandriam usque pervasit. Procop. lib. 1.

Romæ Concilium celebratur Episcoporum xlvi. qui ad natalem Hilari Papæ convenerant.

Childericus Francorum rex regno profugus Winomadi opera revocatur à Francis anno octavo, quam pulsus erat. Victus ab eodem Egidius Sueffionas petit, ibique constitit Gregor. Turon. 1. cap. xxi. Aimoinus 1. cap. viii.

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Ara. Nab.
6 2	81	1215	1210
7 3	111	1216	1211
8 4	141	1217	1212
9	Olymp. 312	1218	1213

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul. * Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Ara. Dioc.
5179 27. 11. 4 B	4449	466	183
5180 28. 12. 5 A	4450	467	184
5181 1. 13. 6 GP	4451	468	185
5182 2. 14. 7 E	4452	469	186

Idatius Egidii meminit; quem hoc anno mortuum asserit Gotthorum infidiis; qui post ejus obitum Romanas civitates occuparunt. Utrum idem iste cum illo sit non temerè dixerim.

Basina Bifini Thoringorum regis uxor relicto viro ad Childericum venit, eique nupit. Gregorius, & Aimoinus.

Leo Aug. 111. solus. Hilari 6.
Tirianum addunt alii collegam.

Theodoretus contra Eutychem, & Dioscorum scripsit. Marcell. Leo Imper. prid. Kalend. Mart. de immunitate confugientium ad Ecclesiam sanxit. L. vi. C. de his qui confugiunt ad Eccl.

Hoc anno mortuus est Theodoricus rex Gotthorum, cum regnasset annos xiiii. ut ait Ildorus: qui ara div. idipsum notat, & à fratre suo Evarico interfectum narrat ex Idatio.

Evaricus itaque rex Gotthorum fratri succedens, vastatis Hispaniis, in Gallias descendit, & Arvernum obfedit. cujus copias Ecdicius Aviti Imper. filius ingenti miraculo exigua manu profligavit. Sidon. lib. iii. Ep. iii. Porro Sidonius hujus sororem, & Aviti filiam Papiam duxerat. Sidon. lib. v. Ep. xvi.

S. Prosper Regiensis migrat à vita. Epiphanius Ticinensis Episcopus insigni sanctitate hoc anno Crispino succedit. Ennod. in ejus vita. Floruit Epiphanius alter, quo Cassiodorus usus est ad historias Eusebii, Socratis, Sozomeni, Theodreti, aliisque Scriptores interpretandos.

Natus est hoc anno Chlodoveus à Basina à Childerico susceptus. Vide annum Christi cccclxxx.

Pulsus. xviii. Pont. Leo. Hilari 7.
Juannes. Simplicius 1. Anthemius.

Leo Imperator Anthemium Patricium Romam misit, Imperatorumque constituit. Marcell. Ricimer quippe Patricius Mag. militum cum Leone egit, ut Græcus Romam mitteretur Augustus, cujus filiam sibi Ricimer desponderet. Senatus item legatos ad petendum Anthemium misit. Sidon. Pan. Anthemii. Evagr. lib. ii. cap. xviii. Fuit hic Anthemii senioris nepos, Procopii filius. Quem viii. ab Urbe milliario Augusto mense salutatum Imper. refert Idatius.

Pestis ingens in urbe fuit, cum Lupercalia in ea celebrarentur. Gelaf. Papa in Androm.

Hilarus obiit iv. Eid. Septemb. Sedit annos v. menses x. minus diebus 11. Huic Simplicius Tiburtinus post dies x. successit. Leo Imper. adversus Vandalos Heraclium Flori Consularem filium, & Marsum Itarum cum copiis misit. Qui strenuè rem gerunt, & Tripolin, aliasque urbes expugnant. Ideò Geisericus pacem postulat, & impetrat. Theophanes. Procop. 1.

Conimbrica à Suevis per dolum occupata & vastata est. Idatius.

Anthemius Aug. solus. Simplicii 2.
Marcellinus Occidentis patricius, idemque Paganus, dum Romanis contra Vandalos apud Carthaginem pugnantibus opem fert, ab iisdem dolo confoditur, pro quibus venerat pugnaturus. Marcell.

Leo classem ingentem contra Vandalos & Geisericum adornat mille navium; in quam mccc. centenaria insumpsit, ducemque Basiliscum Verinæ Angulæ fratrem præposuit, qui jam Consul fuerat. Qui victus Geiserici navibus pretio corruptus sponte victus est. Ferunt Asparem, & Ardaburium Arianos ita cum illo pepigisse, ut proditionem hanc faceret, spe imperii. Ita Procop. Niceph. lib. xv. cap. xviii.

Basiliscus Constantinopoli reversus, ac proditionis reus ad Ecclesiam confugit, ac demum à Verina Augusta sorore liberatus Perinthum Thracia relegatur. Nicephorus.

Aruandus Galliarum Præfectus majestatis Romæ damnatus in exilium mittitur. Cassiod. Chron. Sidonius lib. 1. Ep. vii.

Leo Imper. Asparem & Ardaburium è medio tollere cupiens, quo securiores illos redderet, Patricium Asparis F. Casarem creat, despona eidem filia. Niceph. xv. cap. xxvii. Cedrenus.

Zeno. Simplicii 3.
Marcianus. 2.
Caput Denzicis Hunnorum regis Attilæ F. Constantinopolim est allatum. Marcell.

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Ara. Nab.
10	11	1219	1214
11	111	1220	1215
12	141	1221	1216
13	Olymp. 312	1222	1217

Table with columns: Per. Jul. * O Ind., Mundi., Anni Chr., Era Dioc., and rows for years 5183, 5184, 5185, 5186, 5187.

Historical text for the left page, including entries for Jordanes, Severus, Gennadius Constantinop., Leo Aug. IV., Probianus, Aspar cum Ardabure, Marcianus, Anthemius Imperator Romae, Theophanes, Eudoxia, Vefuvius mons Campaniae, Leo Junior solus, and Leo senior Imp. Leone juniore.

Table with columns: Imp. Rom., Olymp., Urbis cond., Era Nab., and rows for years 14, 15, 16, 17, 18.

Table with columns: Per. Jul. * O Ind., Mundi., Anni Chr., Era Dioc., and rows for years 5188, 5189.

Historical text for the right page, including entries for Glycerius a Nepote Marcellini, Nepos per Epiphanium Ticinensem, Zeno Imp. Verinae, Basiliscus factio, Theophanes refert Zenonem, Basiliscus Marco filio Caesare factio, and Chronicon Alexand. Armatum.

Table with columns: Imp. Rom., Olymp., Urbis cond., Era Nab., and rows for years 2, 3, 10.